Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

AVDIVIT aliquando abbas antonius de
quodam iuuene monacho quia signum qddam
hui modi fecerit in uia. id e cum uidisset
quosdam senes iter agentes & laborantes
in ambulando. ona gris iussit ut uenirent
& portarent eos donec uenirent ad se. Il
li autem senes indicabant hec abbati antonio.
Et dixit abbas antonius. Videtis m monachus.
iste similis est naui onerate omnibus bonis. de
qua incertum est utrum puenire possit ad por
tum. Et p aliquantum temporis subito cepit
abbas antonius flere. & trahere sibi capil
los. & lugere. Qd cum audissent discipuli
ei. dicunt ei. Quid ploras abba. Et respon
dit senex. Magna columna ecclie cecidit
hodie. Dicebat autem hoc de monacho illo
iuuene. Et adiecit. Venite ad eum & uidete
qd factum est. Perrexerunt igitur discipuli ei. &
inuenerunt monachum illum sup mattam sedentem
& flentem peccatum qd fecerat. Videns autem
discipulos senis ait eis. Dicite seni ut ob
secretur dm dece tantum dierum dari m m
ducias. & spero me satisfacturum. ei. Qui in
tra quinq; dies mortuus est. Alia.